

HISTORIA DIPLOMATICA
FRIDERICI SECUNDI

SIVE

CONSTITUTIONES, PRIVILEGIA, MANDATA, INSTRUMENTA QUÆ SUPERSUNT
ISTIUS IMPERATORIS ET FILIORUM EJUS.

ACCEDUNT EPISTOLAE PAPANUM ET DOCUMENTA VARIA.

COLLEGIT, AD FIDEM CHARTARUM ET CODICUM RECENSUIT, JUXTA SERIEM ANNORUM DISPOSUIT
ET NOTIS ILLUSTRAVIT

J.-L.-A. HUILLARD-BRÉHOLLES.

AUSPICIIS ET SUMPTIBUS

H. DE ALBERTIS DE LUYNES,

UNIVS EX ACADEMIÆ INSCRIPTIONUM SOCIÆ.

TOMUS II.

PARS I.

PARISIIS

EXCUDEBANT PLON FRATRES,

36, VIA DICTA VAUGIRARD.

MDCCCLII.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo primo, mense januarii, indictione nona, imperante domino nostro Friderico Dei gratia Romanorum imperatore invictissimo, semper Augusto et rege Sicilie, imperii vero ejus anno primo et regni Sicilie vigesimo tertio, feliciter. Amen.

Datum in civitate Neapoli, anno, mense et indictione predictis, videlicet quarto nonas ipsius mensis.

Neapoli,
4 januarii.

Fridericus, Romanorum imperator, mandat praelatis, comitibus, baronibus caeterisque per regnum Siciliae constitutis ut cum monasterium Cassinense multas dudum pressuras sit perpeccatum, jura ipsius quaecumque teneant sine difficultate reddere curent; monens etiam se Stephano abbati Cassinensi licentiam concessisse per se ipsum auctoritate imperiali jura ipsa alienata recipiendi.

(Inedit. ex arch. montis Cassin., *Cod. Pergam.* 468, scripturae coevae, fol. 41 verso, et ap. *Cod. diplomat.*, ibid. MSS., t. V.)

vilegium pro Rainutio Philippi Malavoltae ad mensem martium 1223, et sexto die januarii 1221, usque ad Sanctum Miniatum Italiam superiorem et Alemanniam repetens pervenerit. Quod discimus ex instrumento (ap. Lacomblet, *Urkundenb. für die Gesch. des Niederrh.*, II, 50, n° 92), quo idem notificat sententiam a se in curia Frankenfordensi (aprili 1220) latam, super custodia sigilli civitatis Aquensis: « C[onradus] Dei gratia Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius et per totam Italiam legatus, universis hoc scriptum inspecturis salutem in Domino. Notum sit universis quod nos in sollempni curia Frankenwort coram venerabilibus archiepiscopis Coloniensi, Treverensi et Magdeburgensi et episcopis Leodiensi, Trajectensi, Cicenensi, Monasteriensi et Babenbergensi et aliis principibus atque nobilibus a domino nostro Fr[iderico] nunc imperatore, tunc autem rege, requisiti sententiavimus sigillum civitatis Aquensis in custodia decani Aquensis ecclesie, quicumque fuerit pro tempore, jugiter esse debere. Que sententia ab omnibus tunc presentibus fuit approbata. Et ne ulla super eo in posterum oriatur dubitatio, veritatem ipsam presenti scripto protestamur. Datum apud Sanctum Miniatum, anno Domini MCCXXI, indictione VIII, VIII idus januarii.»

Federicus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus et rex Sicilie, prelatiſ eccleſiarum, comitibus, baronibus et ceteris per regnum Sicilie conſtitutiſ preſentem litteraſ inſpecturiſ fidelibuſ ſuiſ gratiam ſuam et bonam voluntatem. Licet ſerenitati noſtre dudum fuerit regni ſtatuſ incognituſ et eccleſiarum ſeu aliorum fidelium noſtrorum jura fuerint occupata, nemine malitiam expellente, nunc tamen cum nulluſ audeat in iniquitate confidere, omnia volumuſ ſub jure luceſcere et cuncta ſub regimine noſtro in ſtatu juſtitię reformare. Quantuſ igitur et qualeſ preſuraſ uſque ad hec tempora monaſterium Caſſineneſ a predeceſſoribuſ noſtriſ memorie recolende dotatuſ a regni perſecutoribuſ ſit perpeſſuſ, tenore preſentium non (a) duximuſ inſerendaſ, ſed ad ejuſ remedium benigne volenteſ intendere, ne de cetero jura ipſiuſ ab aliquibuſ prout hactenuſ teneantur, fidelitati veſtre mandamuſ et ſub obtentu gratie noſtre diſtricte precipimuſ quatenuſ quecuſque ad preſatuſ monaſterium vel ipſiuſ eccleſiaſ ſuffraganeaſ rationabiliter pertinentia noſcimini detinere ſine aliqua dilatione ac difficultate reddatiſ, ſcienteſ noſ Stefano venerabili Caſſinenuſ abbati poteſtatem et licentiam conceſſiſſe ut quecuſque ad ipſuſ monaſterium vel ejuſ eccleſiaſ de jure ſpectantia diſtracta, occupata vel alienata in ipſiuſ gravamine invenerit, auctoritate imperiali non obſtante alicujuſ contradictione per ſe valeat recipere et ad opuſ monaſterii revocare.

Datum Neapoli, IIII^o januarii, indictione VIII^a.

Fridericuſ, Romanorum imperator, monaſterio Caſſinenuſ concedit ut ballivi et judiceſ terrae ipſiuſ monaſterii civileſ quaſtioneſ hominum abbatię juxta conſuetudineſ regni audiant et determinent finaliter, non obſtante appellatione ante diffinitivam ſententiam ad majeſtatem imperialem interpoſita.

Neapoli,
4 januarii.

(a) In codicibuſ *nunc*, minus noſtra ſententia recte.

(Inedit. ex eodem archivo, loco supra citato.)

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus et rex Sicilie. Per presens scriptum notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod nos ipsius devotionis intuitu quam gerimus ad monasterium Casinense et quia jura ipsius integre volumus pro salute nostra perpetua observare, damus et concedimus eidem monasterio ut iudices et balivi terre monasterii Casinensis audiant et determinent finaliter civiles questiones hominum abbacie juxta jura et consuetudines regni nostri, appellatione ante diffinitivam sententiam ad majestatem nostram interposita non obstante. Ad cujus itaque rei memoriam et securitatem perpetuam monasterii Casinensis presens inde scriptum fieri fecimus nostro sigillo signatum.

Datum Neapoli, III^o januarii, indictione VIII^a.

In civitate
Neapoli,
post curiam
Capuae,
januario,

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Stephani abbatis Cassinensis xenodochium Sancti Benedicti pro solatio egenorum et peregrinorum extractum sub sua protectione recipit, possessionesque ejus recenset et confirmat.

(Edid. GATTULA, *Access. ad histor. Cassin.*, I, 290, ex autographo.)

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus et rex Sicilie. Quia piis locis et venerabilibus xenodochiis cupimus munitionis impendere et illi defensionem imperatoriam impertiri quem pater sanctissimus Benedictus incoluit, extrussit, et sua corporali presentia clarissimum ac memorabilem toto orbi effecit, unicum egenorum solatium, peregrinorum et necessitatem habentium portum, notum facimus universis tam presentibus quam futuris qualiter Stephanus venerabilis abbas monasterii Cassinensis in nostra presentia constitutus nobis humiliter

supplicavit ut ob honorem Dei et ejusdem sancti loci reverentiam secundum predecessorum nostrorum felicis memorie statuta per hoc privilegium omnes res et possessiones que predicto venerabili xenodochio de jure pertinent confirmare et corroborare dignaremur. Nos igitur justis petitionibus inclinati, xenodochium antedictum sub nostra protectione recepimus, possessiones suas et jura, videlicet ecclesiam Sancte Marie de Casali plano, Sanctum Paulum de Foresta, Sanctum Petrum de Curulis, Sanctum Johannem de Pantanis, Sanctum Thomam de Strata, Sanctum Johannem et Paulum, Sanctum Egidium apud pontem Sancti Germani cum hospitali, castrum Sancti Apollinaris cum omnibus hominibus quos habet per abbatiam, domum ubi debent hospitari torcellari in Sancto Germano, hortum de Cervaritia, domum et hortum ac montanum in Sancto Petro monasterio, campum Sancti Petri, startiam de Corvino, limatam juxta Melfim et duas startias ibidem, thorum et limatam in valle Rivitellana, duas startias apud Sanctum Stephanum, unam petiam de terra apud Teramum, apud Sanctum Angelum startiam que vocatur Anglone, item apud Cervarium Sanctum Angelum de Barba Selics. (sic) cum possessionibus suis, molendinum unum apud Sanctum Germanum, molendinum unum apud Minianum et molendinum unum apud Sanctum Angelum presenti privilegio confirmantes. Confirmamus etiam eidem xenodochio privilegium avi nostri regis Rogerii felicis memorie, et statuimus ut nullus abbas vel rector ejusdem xenodochii ipsum de prenominitis minuere, impedire seu molestare presumat, salvo mandato et ordinatione nostra. Ad hujus itaque rei memoriam presens inde privilegium fieri fecimus sigillo nostre celsitudinis roboratum, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum in civitate Neapoli post curiam Capue celebratam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo, mense januarii, indictione nona, imperante domino nostro Friderico Dei gratia Romanorum imperatore, semper augusto et rege Sicilie, Romani vero imperii ejus anno primo et regni Sicilie vicesimo tertio, feliciter. Amen.